



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitulare tertium anni DCCCXII. sive capitula de justitiis infra patriam
faciendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

honorem suum & beneficium perdat.

De non cogendo bibere in hoste.

Ibid. 72. VI. Ut in hoste nemo parem suum vel quemlibet alterum hominem bibere roget. Et quicunque in exercitu ebris inventus fuerit, ita excommunicetur ut in bibendo sola aqua utatur quoique se male fecisse cognoscatur.

*De vassis adhuc in palatio servientibus
& tamen beneficia habentibus.*

Ibid. 73. VII. De vassis dominicis qui adhuc intra casam serviantur, & tamen beneficia habere noscuntur, statum est ut quicunque ex eis cum Domino Imperatore domi remanserint, vassallos suos casatos secum non retineant, sed cum Comite cuius patentes sunt ire permittant.

*De preparatione ad hostem secundum
antiquam consuetudinem.*

Ibid. 74. VIII. Constitutum est ut secundum antiquam consuetudinem preparatio ad hostem faciendam indicaretur & servaretur, id est, vietualia de marchi ad tres menses & arma atque vestimenta ita observari placuit ut his qui de Rheno ad Ligarem pergunt, de Ligere initium vietus fuji computetur. Hiverò qui de Ligere ad Rhenum iter faciunt, de Rheno tres mensium vietualia habenda esse dinoscant. Qui autem trans Rhenum & per Saxoniam pergunt, ad Libiam marcham esse sciant. Et qui trans Ligarem manent, atque Hispaniam proficiunt debent, montes Pyrenaeos marcham sibi esse cognoscant.

De his qui absque licentia Imperatoris domi remanent & in hostem non pergent.

X. Quicunque liber homo inventus ap. II. 17. fuerit anno praesente cum seniore suo in hoste non fuisse, plenum heribannum persolvere cogatur. Et si senior vel Comes ilius eum domi dimisit, ipse pro eo eundem heribannum persolvat. Et tot heribanni ab eo exigantur quot homines domi dimisit. Et quia anno praesente unicuique seniori duos homines domi dimittere concessimus, illos volumus ut Missis nostris ostendant, quia his tantummodo heribannum concedimus.

De hoc ut non nisi permissione regali brunia vel gladius homini extraneo à quolibet datur aut vendatur.

X. Constitutum est ut neque Episcopi, III. 17. neque Abbates, neque Abbatissae, vel quilibet rector Ecclesiarum, brunia vel gladios sine nostro permisso cuilibet homini extraneo aut dare aut venundare presumat, nisi tantum vassallis suis. Et si evenierit ut in quilibet Ecclesia vel sancto loco plures brunias habeat quam ad homines rectores ejusdem Ecclesiarum sufficient, tunc Principem idem rector Ecclesiarum interroget quid de his fieri præcipiat.

De navigio mittendo.

XI. Ut quandocunque navigium mittere volumus, ipsi seniores in ipsis navibus pergent, & ad hoc sint preparati.

CAPITVLARE TERTIVM ANNI DCCCXII.

Nunc primū editum ex iisdem codicibus MSS.

ITEM CAPITVLA QVÆ PRO IVSTITIIS INFRA
PATRIAM FACIENDIS CONSTITUTA SVNT.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. *D*e causarum & litium terminis.
2. *D*e Episcopis, Comitibus, & potentioribus, si causam inter se haberint.
3. *D*e tifibas ad rem quamlibet disputationem eligendis.
4. *D*e placito Centenarij.
5. *D*e inquisitione & descriptione uniuscujusque Missi in suo missatio.
6. *D*e beneficiis, qualiter condicita sint.
7. *D*e beneficiis Episcoporum, Abbatum, & reliquorum, & de fiscis regalibus describendis.
8. *D*e

497 ANNO CHRISTI Regum Francorum. KAROLI M. 498

8. *De legationibus propter iusticias, quo tempore exercantur.*
 9. *De iuſſione dominica in quolibet missatiko non adimpta.*
 10. *De censu regali inquirendo.*
11. *De rebus de quibus census ad partem Regis exire solebat.*
 12. *De placitis à Missis dominicis Comitibus notum faciendis.*
 13. *De fidelitate Regi promittenda.*

INCIPIVNT SVPRASCRIBTA CAPITVL A ET EORVM TEXTVS.

De causarum & litium terminis.

III. 76. **D**E termino causarum & litium statuimus ut ex quo bona memoriae Dominus Pippinus Rex obiit, & nos regnare coepimus, causa vel lites inter parcs factae atque exortae discutiantur & congruo sibi judicio terminentur. Prius vero, id est, ante obitum praedicti Domini Pippini Regis, causae commissae, vel omnino non moveantur, vel falvae usque ad interrogationem nostram reserventur.
De Episcopis, Comitibus, & potentioribus, si causam inter se habuerint.

Ibid. 77. **I**I. *Vt Episcopi, Abbes, Comites, & potentiores quique, si causam inter se habuerint, ac se pacificare noluerint, ad nostram jubeantur venire praesentiam, neque illorum contentio alibi finiatur; neque propter hoc pauperum & minus potentium iustitiae remaneant.* Neque Comes palatii nostri potentiores causas sine nostra iuſſione finire præfumar, sed tantum ad pauperum & minus potentium iusticias facienda sibi sciat esse vacandum.
De relibris ad rem quamlibet discutiendam eligendis.

Ibid. 78. **I**II. *Vt quandocunque testes ad rem quamlibet discutiendam quærendi atque eligendi sunt, à Missis nostro & à Comite in cuius ministerio de rebus qualibuscunque agendum est tales elegantur quales optimi in ipso pago inventari possunt. Et non licet litigatores per plurima falso testes adducere, sicut haec tenus fieri solebant.*

De placito Centenarij.

Ibid. 79. **I**IV. *Vt nullus homo in placito Centenarij neque ad mortem neque ad libertatem suam amittendam aut ad res reddendas vel mancipia judicetur. Sed ista aut in prefentia Comitis vel Missorum nostrorum judicentur.*

De inquisitione & descriptione uniuscuiusque Missi in suo missatiko.

Ibid. 80. **V**. *Vt Missi nostri diligenter inquirant & describere faciant uniusquisque in missatiko quid unusquisque de beneficio ha-*

Tom. I.

bear, vel quot homines casatos in ipso beneficio.

De beneficiis, qualiter condicita sint.

V. *Quomodo eadem beneficia condicita sunt, aut quis de beneficio suo alio dem comparavit vel struxit.*

De beneficiis Episcoporum, Abbatum, & reliquorum, & deficitis regalibus describendis.

VII. *Vt non solum beneficia Episcoporum, Abbatum, Abbatisiarum, atque Comitum, five Vassallorum nostrorum, sed etiam nostri fisci describantur, ut scire possimus quantum etiam de nostra in uniuscuiusque legatione habeamus.*

De legationibus propter iusticias, quo tempore exercantur.

VIII. *Volumus, propter iusticias que usque modo de parte Comitum remanescunt, quatuor tantum mensibus in anno Missi nostri legationes nostras exerceant, in hyeme Ianuario, in verno Aprili, in aestate Iulio, in autumno Octobrio. Ceteris vero mensibus unusquisque Comitum placitum suum habeat & iusticias faciat. Missi autem nostri quater in anno mensē & in quatuor locis habeant placita sua cum illis Comitibus quibus congruum fuerit ut ad eum locum possint convenire.*

De iuſſione dominica in quolibet missatiko non adimpta.

IX. *Vt quicquid ille Missus in illo missatiko alter factum invenerit quam nostra sit iusso, non solum illud emendare jubeat, sed etiam ad nos ipsum rem, qualiter ab eo inventa est, deferat.*

De censu regali inquirendo.

X. *Vt Missi nostri census nostros dili-*

genter perquirant, undecunque antiquitus venire ad partem Regis solebant. Similiter & freda. Et nobis renunciant, ut nos ordinemus quid de his in futurum fieri debeat.

De rebus de quibus census ad partem Regis exire solebat.

XI. *Vt de rebus unde census ad partem Regis exire solebat, si ad aliquam Ecclesiastem tradite sunt, aut tradantur propriis heredibus, aut qui eas retinuerit, vel illum censem perolvat.*

Ii

*De placitis à Missis dominicis Comitibus
notum faciendis.*

Ibid. 87. XII. Ut umusque Misserum nostrorum in placito suo notum faciat Comitibus qui ad eum missaticum pertinent ut in illis mensibus quibus ille legationem suam non exercet convenienter inter e & communia placita faciant tam ad latrones disstringendos quam ad ceteras iusticias faciendas.

De fidelitate Regi promittenda.

XIII. Ut Misseri nostri populum nostrum iterum nobis fidelitatem promittere faciant secundum consuetudinem jamdum ordinatam. Et ipsi aperiant & interpretentur illis hominibus qualiter ipsum sacramentum & fidelitatem erga nos servare debeat.

PRÆCEPTVM

Pro Hispanis qui in regnum Karoli confugerant.

Nunc primum editum ex archivio Archiepiscopi Narbonensis.

Hoc est præceptum concessionis atque donationis quam fecit
Karolus Imperator profugis Hispanis.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Karolus serenissimus Augustus, a Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, Romanum gubernans imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum, Beranæ, Gauzelino, Gisclafredo, Odiloni, Ermengario, Ademaro, Laibulfo, & Erlino Comitibus. Notum sit vobis quia isti Hispani de vestra ministeria, Martinus Presbyter, Iohannes, Quintila, Calapodius, Asinarius, Egila, Stephanus, Rebellis, Ofilo, Atila, Fredemirus, Amabilis, Christianus Elpericus, Homodei, Iacentus, Elperandei, item Stephanus, Zoleiman, Maretellus, Teodaldus, Paraparius, Gomis, Castellanus, Ardaricus, Wafco, Wigifus, Witericus, Ranoidus, Suniefredus, Amancio, Cazerellus, Langobardus, Zate milites, Odefindus, Walaria, Roncariolus, Mauro, Pascles, Simplicio, Gabinius, Solomo Presbyter, ad nos venientes suggererunt quod multas oppressiones sustineant de parte vestra & juniorum velrorum. Et dixerunt quod aliqui pagenses sicutum nostrum sibi alter alterius testificant ad eorum proprietatem, & eos exinde expellant contra justitiam, & tollant nostram vestitum, quam per triginta annos seu amplius vestiti fuimus, & ipsi per nostrum donatum de cremo per nostram datam licentiam retraxerunt. Dicunt etiam quod alias villas, quas ipsi laboraverunt, laboratas illis abstractas habeant, & beboramus illis superponatis & faones, qui per forciam super eos exactant. Quamobrem jussimus Iohanne Archiepiscopo Misso nostro ut ad dilectum filium nostrum Ludovicum Regem venire, & hanc causam ei per ordinem recitaret. Et mandavimus illi ut tempore opportuno illuc veniens, & vos in ejus praesentiam venientes, ordinate faciat quomodo aut qualiter ipsi Hispani vivere debeat. Propterea has litteras fieri præcepimus atque demandamus, ut neque vos neque juniores vestri memoratos Hispanos nostros, qui ad nostram fidiciam de Hispania venientes, per nostram datum licentiam erema loca sibi ad laborandum propriarent, & laboratas habere videntur, nullum censum superponere presumatis, neque ad proprium facere permitatis; sed quod uique illi fideles nobis aut filii nostri fuerint, quod per triginta annos haberuerunt per aprisionem quieti possideant & illi & posteritas eorum, & vos conservare debeatis. Et quicquid contra iustitiam eis vos aut juniores vestri factum habetis, aut si aliquid eis iustite abundantis, omnia in loco restituere facias, sicuti gratiam Dei & nostram vulpis habere propitiari. Et ut certius credatis, de anulo nostro subter sigillari jussimus.